



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1783

VD18 90119304

§. 37. Primus in causa Venerabilis Joannis Nepomuceni Processus a
Clemente XI. Papaprobatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67596)

usus Mitræ concessus est, Archiepiscopo Sæc. XVIII.
Salisburgenfi tam Viennæ, quam Ro- A. C. 1721.
mæ, atque in Imperii comitiis ob jus
Metropoliticum sibi per hanc exemptio-
nem ereptum strenue, incassum licet,
reclamante.

§. XXXVII.

*Primus in caussa Venerabil. Joannis
Nepomuceni processus a Clem. XI.
probatus.*

Annus agebatur post Christum natum Hist. Univ.
millesimus trecentessimus octogesim- t. 8. c. I.
us tertius, cum Wenceslaus Bohe- pag. 967.
miæ Rex ac Cæsar Joannem in oppido Vita.
Nepomuk natum Canonicum ad S. Viti S. Joan.
amplis honorum opumque pollicitatio-
nibus, ac demum minis, carcere, e-
quleo, aliisque tormentis pelliciebat,
ut Joannæ Imperatricis, quæ Alberti
Bavarix Ducis Filia erat, confessio-
nem & quicquid unquam illa ei confi-
tens manifestasset, ex ordine exponeret:
Illum vero Imperator, eo quod
toto capite ac severo vultu sacrilegium
aversaretur, nocte ad Pragensem pon-
tem Moldavix flumini impositum de-
ductum ac manibus, pedibusque re-
vinctum in subjectum flumen ex ponte
in pervigilio Ascensionis Dominicæ eo-
dem anno dejici jussit. Inclaruit

Sæc. XVIII. mox post gloriosam hanc mortem mi-
 A.C. 1721. raculis celeberrimus hic Sacrosancti
 Confessionalis Sigilli Custos, eumque
 Reges & Principes, Leopoldus Austriae
 Archidux, Ferdinandus I. II. & III.
 Leopoldus I. Imperatores Nepomuce-
 num tanquam Martyrem & Beatum
 coluere, publicusque ac constans eidem
 cultus deferebatur. Demum Ferdinandus
 III. hortante Cardinale Ernesto H.
 de Harrach Pragensi Archiepiscopo sæ-
 pius de publico ejusdem cultu, deque
 illius ab Apostolica Sede petendo Ca-
 nonismo egit. Verum bella, seditio-
 nes, hæreses Hussitica & Calviniana,
 aliæque fatales temporum iniquitates
 præpediebant, quo minus serio un-
 quam de Cælitum honoribus, qui Servo
 Dei hactenus habiti sunt. eidem Apo-
 stolicæ Sedis oraculo firmandis, atque
 ad publici, solemnisque cultus gradum
 efferendis agi potuerit. Cum autem
 inter ipsas hæce tumultuantis hæresis
 tempestates, disponente ita Dei provi-
 dentia, plures adhuc salvarentur Codices
 a coævis Authoribus, & Divi Mar-
 tyrio vicinis conscripti, in quibus mo-
 numentis de ipsa obitus sui causa, cul-
 tu, & gratiis ejus patrocinio obtentis
 idonea haberentur testimonia, eapro-
 pter Ferdinandus Comes de Kynburg
 Pragensis Archiepiscopus per integrum
 dece-

decennium Pragæ & Romæ omnem ^{Sæc. XVIII.}
 adhibuit operam, ut in ejus gesta, vir- ^{A. C. 1721.}
 tutes, matyrium, & prodigia rite in-
 quireretur, ut tandem processus, uti
 ajunt, in Rotam introduci posset: Tan-
 dem processu solemnî & ad Romani ri-
 goris limam exacto idem Archiepisco-
 pus cum Georgio Spinola Nuntio Apo-
 stolico desuper collaturus, Viennam pro-
 fectus est & pro se hac in caussa Judices
 delegatos constituit Danielem de Magern
 suum Suffraganeam, Vicarium Ge-
 neralem, & duos Theologiæ jurisque
 Doctores, Bernardum Germeten caussæ
 Procuratorem, & Promotorem seu Fi-
 scalem Joannem Blowski Juris utrius-
 que Doctorem: Hi, ubi processum ut
 vocant, *informativum* juxta Constitutio-
 nes Pontificias consecerant, anno hu-
 jus sæculi decimo nono die tertia Ja-
 nuarii, & præfatus Archiepiscopus die
 vigesima nona ejusdem Mensis totam
 caussam ordinaria ejus auctoritate fir-
 matam ad summum Pontificem Cle-
 mentem XI. & Sacram Rituum Con-
 gregationem retulere, simul etiam Ca-
 rolus VI. Imperator, omnesque Bohe-
 miæ Status summis precibus supplices
 facti sunt, ut idem Pontifex & Congre-
 gatio *introductionem* hujus caussæ, il-
 liusque prosecutionem admittere digna-
 rentur, eo fine, ut demum huic Mar-
 tyri

Sæc. XVIII. tyri collatus jam pridem voce populi
A. C. 1721. honor, ac sancti titulus voce etiam su-
 premi in terris Vicarii Christi ratus ha-
 beri posset: His accessere supplices ea
 de re literæ ex omni Septentrione Au-
 gustarum, Regiarumque Majestatum,
 utriusque fori Principum, Præsulum,
 Ordinum Religiosorum, & Academia-
 rum maximo numero advolantes. His
 permotus Clemens, cum ipsemet pri-
 vata pietate Divum Joannem singulari-
 ter, statoque precum penso indies ve-
 nerari consuevisset, eo facilius in sup-
 plicantium vota concessit, ac constituto
 hujus causæ Ponente & Procuratore
 Michaelæ Friderico Cardinale de Altham
 necnon Promotore Fidei Prospero de
 Lambertinis Congregationem Sacrarum
 Rituum die decima quinta Februarii ape-
 ruit, voluitque, ut in ea de causæ in-
 troductione decerneretur, ac mature
 testimonia, & processus de hujus Mar-
 tyris vita, morte & prodigiis tam Vien-
 næ, quam Pragæ & Olomutii instituti,
 simulque Pragensis Archiepiscopi judi-
 cium desuper latum discuteretur, at-
 que auctoritate Apostolica confirmare-
 tur. Die nona Aprilis anno hujus
 sæculi vigesimo idem Archiepiscopus
 alterum processum super cultu memo-
 riam hominum excedente Romam sub-
 misit: Cum autem omnes S. Congrega-
 tionis

tionis Patres unanimi suffragio cense-
rent, Supplicantium votis ac precibus
annuendum esse, ac die decima octava
Februarii re denuo in deliberationem
vocata, tandem Pontifex causæ intro-
ductionem significavit, primumque Ar-
chiepiscopi processum seu iudicium ap-
probavit.

Sæc. XVIII.
A. C. 1721.

§. XXXVIII.

*Beati Martyris honores Venerabilis
Joanni de Nepomuc ab Inno-
centio XIII. decreti.*

Tanta erat Pomucensium veneratio
erga suum Popularem Joannem,
Venerabilem Dei Servum, ut statim
ab ejus morte ex ea domo, in qua Hic
primam vitæ lucem aspexit, in S. Joan-
nis honorem Sacellum erigerent, quod
postea Franciscus Baro de Sternberg,
Nepomuci Dominus, in novam ac ma-
gnificam Ecclesiam D. Joannis Nepo-
muceni memoriæ dicatam magnis sum-
ptibus convertit. Cum autem Archi-
episcopus Pragensis ex stupendis, quæ
Deus ad ejus tumulum operatus est,
prodigiis, miraque cælestis odoris frag-
rantia inde effusa sacri Corporis incor-
ruptionem haud temere conjectaret,
hinc inter processus articulos id exposi-
turus, juxta Pontificias Constitutiones
Sepul-

*Acta utriusque
que Processus
in causa
Can. 61.
Joan. Nep.
Summar.
Process. I.
n. I. & seqq.
Bened. XIV.
t. 4. l. 4. p. I.
c. 30. p. 285.*